

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Prelacio ah  
cum fonte primo

Male se rectum putat qui regulam  
summe rectitudinis ignorat.

Male enim se rectum putat qui regulam  
summae rectitudinis ignorat;  
et saepe lignum rectum creditur si ad  
regulam non ducatur; sed cum regulae  
iungitur, per quantam tortitudinem  
tumescit inuenitur, quia nimis  
rectitudo abscidens increpat, quod  
oculus deceptus approbat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 5, 37  
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.267,  
ll.26-31).

Non debet hominum ducatum  
suscipere qui nescit homines bene  
uiuendo preire, ne qui ad hoc eligitur ut  
aliorum culpas corrigat quod resecare  
debuit ipse committat.

Gregorius in moralibus libro XXIIII.

Non autem debet hominum ducatum  
suscipere, qui nescit homines bene  
uiuendo praeire; ne qui ad hoc eligitur ut  
aliorum culpas corrigat, quod resecare  
debuit, ipse committat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 24,  
25 (CCSL 143B, M. Adriaen ed.,  
p.1228, ll.56-59).